

idē faciūt, ut unaqueque res existat existentia sibi proportio- nata, absolutam nempe absolute existat, & relativam relative, ergo si existentia absoluta, increata, & infinita seipsa facere non potest existentiam relativam personalitatem increatam, & infinitam, cum qua uniter per omni modum identitatem a parte rei; tanto minus existentia increata relativam potest seipsa facere existentiam naturam absolutam creatam & finitam, a qua realiter distinguitur, & cui duntaxat uniter per extrinsecam unionis terminationem; hoc enim admissio multo magis id concedendum esset de existentia divina absoluta, quod seipsa reddere posset per personas existentes, abique alia existentia relativa.

218 Sexto tandem probatur auctoritate, nam in 7. Synodo actione 6. om. 3. collect. 8. quidam Epiphanius Episcopus in hoc distinguere naturam ab hypostasi, quod natura tantum dicitur humanitatem existentem, hypostasis vero addit substantiam; cum ergo in Christo sit natura humana a Verbo realiter distincta, sequitur eam existere formaliter per existentiam distinctam ab existentia increata. Item Damascenus lib. 3. c. 11. inquit, Verbum assumptio naturam singularem, sive in aethio, existentia vero, vel intrinsece pertinet ad singularitatem, vel eam necessario, ac in dispensabiliter concomitantur squidem generatio est singularis, & existentia ex proin. Metaph.

Respondet Alvarez, cum Epiphanius ait naturam humanam importare humanitatem existentem, intelligitur, quod importat humanitatem existentem radicaliter, id est, ex ipsa potest existere abque admittendo existentiam alterius nature; quavis de facto in Christo non habet propriam existentiam, quia preventa fuit ab existentia Verbi. Ad aliud ex Damasceno inquit, quod in singularitate creata non includitur intrinsece creata existentia, sed ordo ad illam, quam haberet, nisi preventur a divina existentia. Sed istae expositiones sunt omnino extorae, & violentae; quis enim non videt, quod quando rem aliquam dico existentem, significo illam actu existere, & non tantum existere posse? Imo eisdem expositioni inherendo pariter dici potest, Epiphanius per naturam, & humanitatem existentem intellexit naturam etiam substantiam radicaliter, id est, ex ipsa potest existere abque admittendo substantiam alterius nature, quia propria sibi debet substantia, nisi a substantia Verbi preventa fuisset: per naturam ergo existentem intellexit Epiphanius humanitatem propriam existentiam habentem, & sola carentem propria substantia; Sic etiam Damascenus per naturam singularem intellexit naturam propriam habentem existentiam, quia si hoc intrinsece non includitur in singularitate creata eam saltem indispensabiliter comitari per realem identitatem, atque idē per alienam preventi non potest, sicut substantia, quae a natura singulari realiter distinguitur; Tum quia praedictae responsiones inherendo eque bene dici possent, quod licet in singularitate creata non includatur substantia, includitur tamen ordo ad illam, quam haberet, nisi preventur a divina substantia; quare in hoc puncto hallucinatur Thomista, quod eodem modo de existentia naturae singularis dicuntur, addit de substantia; Atque auctoritates ad hoc idem probe adduci solent non admodum convincentes, quas proinde omitto.

ARTICULUS SECUNDUS.

Opposita sententia fundamenta proferuntur.

219 In oppositum Primum obicitur Sophronio, qui in Concilio generali 6. Synodo acti 11. & 13. loquens de Christi humanitate inquit, in isto itaque (id est in Verbo) non in semetipsa habuit existentiam unam. Deinde Damascenus lib. 3. cap. 22. dicens de incarnatione Christi existere per existentiam Verbi. Denique Leonem ep. 11. dicens, humanitatem Christi ipsa assumptione fuisse creatam, & Fulgentium lib. de incarnatione 3. dicens, quod ipsa acceptio carnis sui conceptio virginalis.

Respondet, ut bene hic advertunt Suarez, Huradus, Ariaga, & alii non aliud sibi docere Sophronium, nisi humanitatem in eodem tempore instanti, in quo incepit esse in rerum natura fuisse Verbo unitam, & in hoc sensu dicit habuisse semper existentiam unam, hoc est invariantem, quia non prius exiitit verbo separata, ac deinde coniuncta, sed semper unita quod plane colligitur ex ipsis Sophronii verbis, in quibus non loquitur de toto Christo; quod dixerit in Christo non esse nisi unam existentiam, sed loquitur de sola humanitate, quam dicit non habere, nisi unam existentiam, quod plane certissimum est. Ad secundum optime observant Suarez, & alii ea verba in Damasceno non reperiri, sed tantum ibi, carnem in Verbo exiititit, ac personalem cum eo habuisse identitatem, quod plane verum est; sive enim propriam, sive alienam habuerit

existentiam, semper verificatur, humanitatem in Verbo exiititit, hoc est, illi unitam fuisse. Ad tertium jam dictum est supra nu. 165. illos Patres folum intendisse humanitatem Christi non prius tempore fuisse creatam, quam assumptam ut de Sophronio quoque modo dictum est, & modus ille loquendi potius favere videtur opinantibus actionem creativam humanitatis fuisse unionem ipsam hypostaticam, contra quos egit us loc. cit. quod autem eadem sit existentia humana, & Verbi nullo modo indicant.

220 Sed instat Alvarez, quod licet Conc. cit. contra errorem Nestorii concludere intendat, humanitatem Christi non prius tempore exiititit in rerum natura, quam fuerit unita Verbo; hoc tamen ex eo probat, quia humanitas Christi nullam habuit, nec habet propriam existentiam, nec exiitit in seipsa, sed in Verbo. Confirmatur, quia existere in aliquo est existere per existentiam illius, seu dependere ab illo; hac enim in ratione accidentia dicuntur existere in alio, quod dependet ab existentia subiecti; ergo cum loquatur in verba Sophronii humanitas non in seipsa, sed in Verbo exiitit, relinquatur eam immediate existere per existentiam Verbi. Denique Sophronius post tres fere columnas subiungit loquens de Christo, est unum, & duo: unum secundum substantiam, atque personam; duo vero secundum ipsas naturas, ex quibus esse unum sortitur natura duplex; ergo si in Christo est unum esse erit etiam unica existentia.

Respondet ad primum negando assumptum, quoad secundam partem, ut conitat ex dictis. Ad secundam negatur pariter assumptum, nam verò dicimus animam rationalem existere in corpore, nec tamen verò significatur, quod existat per existentiam corporis; sic & contra in Thomistarum sententia materia existit per existentiam formae; & tamen non idē dicitur materia existere per formam, sicut ut igitur, quod existere in alio, ut terminatur existentia, fit existere per existentiam subiecti; imo ex hoc praesupponitur existentia rei terminatae; in hoc itaque sensu dicitur humanitas existere in Verbo, quatenus eius existentia terminatur a substantia Verbi, in quo subsistit; sic etiam accidens dicitur existere in subiecto, non quod per eius existentiam formaliter existat, quia de se propria habet existentiam, sed quia illam in seipso terminatam non habet, sed in subiecto. Unde eius existentia potius habet rationem in se, quae existit simpliciter, id est, aliter inherere dicitur, & non per se existere & est dependens a causa ad causam, qualis non est dependens humanitatis ad Verbum, quae est per modum simplicis communicationis, & dependens ab eo, tanquam a puro termino unionis, quam fundat ad ipsum, tanquam ad aliquid suppositum, cui communicatur, ut verbum, denominando ipsum hominem. Ad tertium per ea verba intendit exprimere illas duas naturas in Christo semper fuisse unitas, & hoc modo semper habuisse unum esse personale, in quo semper permanenter indivisibile, & in dissoluta, unde non loquitur de esse existentiae, sed esse substantiae, & personalis. Et ut uno concludam verbo, si unquam reperitur Patres unam existentiam assignare in Christo, dicendum est accepisse existentiam pro substantia persone, non pro existentia natura.

222 Secundo arguitur rationibus, sive existere primario convenit supposito, quia suppositum est, quod per se primo fit, & generatur, estque proprietatis personalis; ergo ubi unum tantum est suppositum, unica tantum esse potest existentia. Confirmatur, quia primum (ut supra) unum existentiae est suppositum, sive persona ex Arist. cap. de substantia dicens, primum substantiam, id est, suppositum esse primum subiectum, quia ipsi per se, & primo competit existere, sed persona divina nequit suscipere existentiam creatam ergo &c. Denique, existentia creata non est essentialis perfectio naturae creatae, sed terminus quidam completus, & terminans ipsam naturam, sicut personalitas, & substantia; ergo sicut humanitas potest subsistere abque propria substantia per solam Verbi substantiam, ita poterit existere per solam Verbi existentiam; pariter consequentia, quia humanitas non magis dependet a propria existentia, quam a propria substantia.

Respondet, negando allatum, non enim existentia est proprietatis personalis, quasi consequens ad substantiam, vel personam naturam, sed est proprietatis naturae, imo est ipsa natura, prout est in actu, & quod accipit esse esse ipsa natura singularis; suppositum vero dicitur ultimo fieri secundum ultimam denominationem tantum, ut notat Doctor 1. disp. 12. qu. 1. ad 1. prim. & 4. disp. 11. qu. 3. ad 2. primo. Et idē ubi suppositum duplicem habet naturam, ut in Christo, debet quoque habere duplicem existentiam. Ad Confirmationem negatur maior ad probationem dico, quod Aristot. ibi accipit esse pro subsistere, quia enim naturaliter loquendo in substantiam existentia non separatur a substantia, ita quod substantia completa existit, subsistit quoque; idē Aristot. nunquam per existentiam in substantiam a substantia distinctam, & pro eodem ferē semper accipit, ut dictum est in Metaph. Ad ultimum, negatur

negatur assumptum; licet enim existentia non sit de conceptu formalis naturae creatae secundum esse essentiae, quod ab existentia abstrahit, est tamen de conceptu intrinseco naturae creatae actualis, ita quod implicat illam intelligere actualem sine ipsa existentia, quae est ipsamet eius actualitas; & idē nulla potentia fieri potest, ut humanitas assumpta existat per existentiam Verbi, quia existentia est idem reipsa cum essentia actualiter existente ex dictis in Metaph. existentem vero increata non potest esse idem realiter cum re creata.

224 Tertio arguitur, unio humanitatis ad Verbum non est accidentalit, sed verē, & proprie, substantialis; ergo in persona Christi composita, quae ex hac unione resultat, reperitur duotaxat unum esse substantiale; probatur con sequentia, nam ex duobus entibus in actu non potest resultare unum per se, unio enim duobus substantiis est, quando ex duobus extremis unum trahitur ad existendum per alterum, ita ut non sint duo entia actu, quae uniantur. Confirmatur, nam sequeretur ex opposita sententia, quod in Christo esset simpliciter duplex esse, scilicet, creatum, & increatum; & consequenter Christus non esset unum simpliciter, sed duo, nam cum ens, & unum contraherentur, eo modo aliquid est unum, quod est ens.

Respondet, non semel dictum esse, hanc unionem dici substantialem, quia facta est in substantia, quae est modus substantialis, non verò, quia facta sit in existentia; quare sicut in Christo est unum suppositum, ita & unum esse substantiale subsistentiae, & sic est duplex esse essentiae, ita & duplex esse existentiae. Et cum dicitur est duobus entibus in actu non fieri unum per se, iam quoque sepē dictum est hoc utique verum esse in unitate naturae, & essentiae bene tamē fieri potest unum in unitate subsistentiae; unio enim, quae fit in substantia ad constituendum suppositum per se, & substantiam unum, est prorsus substantialis, vel essentialis de ratione unionis substantialis est, ut unum existerent; Nec minus de ratione unionis substantialis est, ut unum existat, habere suas entitates actuales distinctas. Ad Confirm. concedo Christum habere duo esse modo iam explicato, nego tamen adhuc dici posse duo entia, quia ad multiplicationem concreti (substantialis non fufficit multiplicatione forme, sed requiritur etiam multiplicatio suppositi, quae in Christo non reperitur.

225 Quarto arguitur ex absurdis: nam si humanitas Christi propriam habet existentiam, sequitur B. Virginem non esse proprie Matrem Dei, generatio enim terminatur ad esse, sive ad existentiam; si ergo Christi humanitas prius naturae habuit existentiam, quam assumeretur, nam antequam Deus esset homo, intelligitur absolutum, & completum totum officium B. Virginis concipientis, & generantis; atque idē eius actio non agit ipsum Christum Deum, & hominem, sed solum eius humanitatem cum propria existentia. Sequitur secundum Verbum ipsum divinum existere quoque per existentiam creatam, sicut est homo formaliter per humanitatem. Sequitur tertio, humanitatem non existere in Verbo, sed seipsa, & consequenter Deus non esset homo, quia non esset homo, nisi per existentiam humanitatis in eo.

226 Respondet primum absurdum potius urget Thomistas, ut Rada advertit, quia si humanitas Christi existentiam creatam a B. Virgine non habuit, vix assignari potest, quid ab ea habuerit, ut dicatur Filius eius; Quod si dicant habuisse esse essentiae ipsius humanitatis, non existentiae; praeterquam quod hoc falsum est, quia esse essentiae non fit nisi naturae existentiae; multo magis videri sufficiens debet esse, quod nos dicimus; quod laboraverit a Matre non solum essentiam, sed existentiam; Et si eos non urget, quod humanitas prius natura habuerit essentiam, quam assumeretur, nec dicatur Mater Dei; nec nos urget, quod prius natura pariter habuerit existentiam. Itaque B. Virgo est propinissima Mater Dei, tum quia genuit hunc hominem, qui est Deus; tum quia in eodem tempore instanti, in quo produxit humanitatem in rerum natura existentem; fuit humanitas Verbo unita, ut dictum est supra nu. 166. Unde terminus primarius generationis illius fuit natura singularis existens, secundarius vero, ac ultimus per ultimam denominationem, sive persona divina, ut generens vires humani suppositi; sicut etiam in generationibus naturalibus natura singularis est terminus primarius, persona vero secundarius, sive ex consequenti; Quare B. Virgo pro tanto genuit Deum, quia genuit naturam humanam singularem personalitate divina formatam, sive in persona divina subsistentem. Neque B. Virgo generatio est completa, & terminata prius natura, quam fit homo subsistens in duabus naturis, scilicet, creatum & adio enim generativa non exercetur in instanti natura, sed temporis, nec in instanti natura; explicatur per verbum est, & in quo, sed per verbum intelligitur, cum importet solum prioritatem praesuppositionis naturalis modo iam explicato lib. 1. disp. 2. nu. 123. & 124.

227 Ad secundum Verbum divinum existere per existentiam creatam potest dupliciter intelligi; uno modo, ut Deus; alio modo, sicut dicitur Tomus Tertius.

ut homo, Verbum utique non existit per existentiam creatam, quatenus Verbum, sive quantum ad naturam divinam; at nullo est absurdum, quod Verbum existat per existentiam creatam, quatenus homo, seu quantum ad naturam humanam; idē enim Verbum est verē, & proprie homo, quia existit in humanitate, sive quia humanitas existit in Verbo, & sicut ab humanitate verē dicitur homo, ita ab humanitate verē dicitur existens existentia creata. Dices, hinc sequi existentiam creatam esse perfectionem personalitatis Verbi. Negatur consequentia, quia Verbum est purus terminus huius existentiae dependentis, non subiectum, neque se habet ut actus, neque ut potentia. Ad ultimum, negatur consequentia, nam accidens quoque propriam habet existentiam ab existentia subiecti distinctam, sicut & propria entitatem actualem, nec tamen dicitur in se existere, sed in subiecto, quia esse in seipso ex vi sermonis videtur dicere, quod per se, & solitarie existat, quod proprie est subsistere; sic igitur servata proportio, humanitas assumpta, est id existentiam habeat in se, & in sua propria natura, non ob id dici debet existere in se, sed in Verbo, quia per illum dicendi modum significaretur, quod per se, & solitarie existere non alteri communicata, ut supposito, quod proprie est in se subsistere; Unde notat Rada, quod alium debet existentiam in se, aliud verò existere in se, primum concedi debet humanitari assumptae, non secundum, quia vere in Verbo existit, hoc est, existentia, quam habet; in Verbo est, & per Verbum, tanquam per suppositum terminatur.

Postremo arguitur, quia unius rei substantialis est unum esse; sed Christus est una res ergo &c. Respondet unius rei simplicis non habentis in se plures naturas, vel essentias saltem in creaturis est unum esse, vel existere; Christus autem non fit est una res, & idē non oportet, quod in ipso sit tantum unum esse existentiae, sed tantum subsistentiae, quatenus est unū duntaxat suppositum; alia argumenta antiquiora vide soluta apud Scotum loc. cit.

QUESTIO SEPTIMA.

An quaelibet natura potuerit a Verbo immoari, assumi.

229 Quaestio est de potentia Dei absoluta, & de natura non tantum substantiali, sed etiam accidentali; Et quidem multi ex antiquis negantur naturam irrationalem, & intellectus expertem potuisse a Verbo assumi, ut Alensis, Henricus, d. Bonav. & alii, quos sequitur Hurad. disp. 43. sect. 2. Pasqua. sig. disp. 78. sect. 9. Circa formas accidentales negavit Basili. 3. disp. 2. qu. 1. art. 2. Rada contro. 2. 4. art. 1. Suarez disp. 14. sect. 4. Valquez disp. 30. cap. 5. & omnes alii Theologae & Philosophi, qui dicuntur in accidente idē esse inherere, & sustineri, iam relati in Physic. disp. 2. q. 5. art. 4.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid dicendum de natura irrationali, vel insensibili.

230 Dicendum est, quamlibet naturam irrationalem, vel insensibilem, quae nata est suppositiva, potuisse de potentia absoluta a Verbo immediate assumi. Haec est communis in Schola D. Thomae, & Scoti, quam ipse probat 3. disp. 2. q. 1. art. 1. evidenti ratione; natura intellectualis est immediate a Verbo assumptibilis, ut omnes concedunt, quia de facto assumpta est ergo & non intellectualis; probatur consequentia, natura intellectualis idē est assumptibilis, quia nihil est in ea dum assumitur, per quod illi repugnetur; communicari alieno supposito, quia in eo signo, in quo fuisse in se facta incommunicabilis assumpta fuit sed quaelibet alia natura substantialis, & suppositibilis potest eodem modo preveniri, ergo ex parte eius fuit assumptio possibilis; Ex parte etiam Verbi nulla est repugnantia, quia Verbum est independentes, independentia opposita dependentiae eiusdem naturae, & subsistit substantia tali, qualis natura quaelibet substantia aliis potest sustentari; ergo si natura irrationalis Verbo uniretur, posset ab eo reddi subsistens, & fieri incommunicabilis. Confirmatur, quia unio hypostatica proxime, & immediate per se terminatur ad substantiam; sed quaelibet natura substantialis est capax substantiae; ergo, &c. Denique de facto corpus Christi mortuum fuit hypostaticē unum Verbo in triduo mortis; & licet esset naturae animae reuicari, & ordinatum ad constituendam naturam rationalem, adhuc tamen in se irrationale erat, quia ordo corporis ad animam, non consistit illud in esse rationalis, sed prorsus irrationale relinquens; ergo nulla repugnantia assignari potest ex parte naturae irrationalis ad talem assumptionem, quia haec non est magis determinata ad propriam substantiam, quam fit ipsa natura rationalis, & est equaliter in potentia obedientialis ad Verbum, ac sit ipsa natura intellectualis, ut dicitur Doctor loc. cit.

331 Est tamen aliqua diffensio inter Scotistas, an dato casu, quod Verbum naturam irrationalem assumeret, nunc illam personaret, vel potius tantum supponeret, cum natura irrationalis sit suppositibilis solum, & non personabilis propria personalitate. Quidam Scotistae dicunt, quod si Verbum divinum assumeret naturam irrationalem, illam eandem personaret saltem extrinsecè, atque idè absolute dicendum esset talem naturam esse personam, quem dicendi modum probabilem censet Rada *contro. 4. cit. licet* oppositum tenent, ut probabiliores. Hoc primo nituntur ex Scoto deducere, *dist. 2. q. 2. S. idèd quantum ad istum articulum ubi probat contra D. Thomam Verbum divinum primò assumptis totam naturam, non verò partes; etenim Verbum primò assumptis id, quod erat in se primò personabile, veluti est tota natura; at si partes non essent aliquo modo, & saltem extrinsecè personabiles, in fructuose posuisset Scotus illam particulam quod est in se primò personabile satis enim erat dicere, quod est in se personabile cum partes ullo modo essent personabiles, ex quo loquendi modo clarè habetur in via Scoti illud personari, quod à persona assumitur. Item deducunt ex *qu. 2. §. contra primum istum*, ubi probat contra Varronem, Verbum divinum non assumptis se corpus mediante anima, eo quia cum corpus natum sit in se subsistere, & non ex hoc solum, quod anima informans ipsum corpus subsistat, talis subsistentia non suppletur, nisi immediate assumatur, & tandem ex suo discursu hoc deducit inconveniens, quod partes dupliciter hypostasiarentur, scilicet, intrinsecè, & extrinsecè quibus verbis aperte docuit necessariò personari omne id, quod assumitur, & terminatur ad personam, si non personaliitate propria, saltem personaliitate aliena; quomodo natura irrationalis dicitur personari, si assumatur à persona, & accidens suppositari suppositabilitate aliena, & subiecti, non propria, sed solum, quatenus est unibile supposito.*

332 Deinde hoc ipsum probat Rada ratione, quia videtur contra dictio, quod ratio terminandi unionem sic personalis proprietatis, & quod natura, cuius dependentia terminatur per illam, non personatur, sicut implicat, quod aliquid uniat alteri, ut supposito subsistenti, in quo subsistat, & cui inicitur in existendo, & non supponitur, quia suppositari nil aliud est, quam sic uniri. Nec obstat, inquit Rada, quod una natura sit personabilis in se, & alia non. Quia licet natura irrationalis non sit personabilis personaliitate propria, est tamen personabilis personaliitate aliena, & extrinsecè, est unibilis. Sicut licet natura accidentis non sit suppositabilis suppositabilitate propria, & intrinsecè sui generis, est tamen suppositabilis suppositabilitate aliena ipsius substantiæ, cui est unibilis.

333 Nihilominus satis clara, & expressa est mens Doctoris, *dist. 1. q. 1. S. contra istud ubi ore rotundo inquit*, quod si Verbum natura assumeret irrationalem, hinc non sequitur, quod natura assumpta v. g. lapidis personaretur, quia personari non tantum dicit uniri, sed sic uniri, quod ille modus respicit fundamentum unitum, five ille modus sit intrinsecè illi unioni, five materialiter se habeat ad illam, possit enim bene poni, quod ratio haberet aliquem modum intrinsecum, causatum tamen à fundamento; Quod si iste modus unioni superadditus per hoc, quod est esse personabile, non sit intrinsecè relationi, tamen ut unio significatur per hoc nomen personatio, necessario connotatur ille modus, est autem iste modus, quod fundamentum naturam sit in se personari, vel sufficitur, non enim personari propter differentiam illius dependentie que dicitur hypostasiatio, vel sustentatio ad illam dependentiam que dicitur personatio enim verò illa vel habet modum intrinsecum sibi ex fundamento, vel saltem illam connotat, ut causatum à fundamento, quem tamen modum non dicit hypostasiatio, sed potius illum negat, vel melius ab eo abstrahit. Igitur in sententia Scoti, si lapidis natura assumeretur à Verbo, diceretur utique suppositari, non tamen personari, quia suppositatio nature lapidis nec intrinsecè includit illum modum: nec ipsum connotat.

334 Et hæc quidem Scoti doctrina ipsiusliberè recipitur à Recentionibus, unde inquit Beccanus *cap. 3. quæst. 3.* quod quando natura assumpta est intellectualis, tunc effectus unionis hypostatiæ est terminatio personalis; quando autem non est intel-

lectualis, tunc effectus non est terminatio personalis, sed hypostatiæ, seu suppositatiæ; nam terminatio idè est personalis, vel non personalis, quia natura terminata est intellectualis, vel non intellectualis; nil enim aliud est persona, quam suppositum in natura intellectuali, quod in se est supposito, quod non est persona, non differt per aliquem diversum modum terminationis, sed per respectum ad naturam connotatam, quia suppositum, & persona non differunt penes subsistentiam, sed penes connotata. Hinc sequitur, inquit Beccanus, quod si eadem subsistentia terminaret duas naturas, alteram intellectualem, alteram irrationalem, tunc cum una constitueret personam, & cum altera suppositum, & sic passim loquuntur ceteri Recentiones. Neque oppositum docuit Scotus locis iam citatis n. 231. cum enim in primo loco inquit totam naturam esse in se primò personabile, per quod in eorum videretur partes saltem secundario, & intrinsecè personabiles, hoc intelligendum est participativè, & concomitantè, quatenus constitunt totam naturam, & que tota verè, & proprie est personabilis, ut declaratum est supra n. 156. ex doctrina ipsius Scoti *qu. 9. m.* Ubi etiam explicatum est quo sensu in secundo loco arguit contra Varronem, quod nempe ponendo tertiam unionem, que sit totius primò, propter quam tertiam Verbum sit homo, illa sola sufficit sine aliis duabus, alioquin partes dupliciter hypostasiarentur scilicet, intrinsecè, & extrinsecè; quod eodem modo intelligendum est, quatenus semel hypostasiarentur per proprias uniones in ipsis immediate fundatas, & iterum mediatè, & concomitantè per tertiam unionem immediate à toto fundatam, quæ sola propriè dicitur personatio; unde non intendit, quod personatur partes extrinsecè, nisi in hoc sensu, quatenus sunt partes nature verè, & proprie personabiles: ex quo minime sequitur, quod immediate assumitur à Verbo seorsim, ut fuit in triduo mortis, tunc saltem extrinsecè personatur, quia tunc non constituerent totum, ratione cuius duntaxat mediatur, & participativè personari dicuntur à quare in tali casu nec intrinsecè, nec extrinsecè, dicerentur personare, non intrinsecè, quia non sunt in se personabiles, nec extrinsecè quia actu non constitunt naturam personabilem, ratione cuius dicuntur mediatur & participativè personare, sed tantum dicitur personare extrinsecè personare, quatenus earum unio effectus terminata ad suppositum, quod est persona.

Hinc etiam facile solvitur ratio allata *num. 331.* negando assumptum cum eius probatione, quia terminatio idè est personalis, vel non personalis, quia natura terminata est intellectualis, vel non intellectualis, unde hæc diversitas oritur ex diversitate fundamenti illarum unionum, non verò ex parte termini. Neque instantia contra hæc solutionem inter arguendum allata urget, nisi quod natura irrationalis personabilis est personaliitate aliena, inquit illa solum natura ad personaliitatem alienam, & extrinsecè est assumptibilis, que prius in se supponitur personaliitate proprie capax, quod si tali capacitate caret, nec consequenter erit capax personaliitatis alienæ; sicut pari ratione negandum quoque est accidenti à suppositari suppositatione aliena, nempe substantiæ; non enim unatur substantiæ unionem, & tamen suppositatiatis, vel hypostatiatis, quia suppositatiatis est incapax sed unionem duntaxat per modum simplicis sustentationis, ut magis patebit art. & ratio huius est, quam supra dicebat Doctor, quia naturam fieri personam, vel suppositum, non dicit tantum cum personæ uniri, vel supposito, sed sic uniri, hoc est, quod uniat, ut apta nata fieri persona, vel suppositum.

Sed contra hæc responsionem instat Auctor *Controv. inter Scotistas contro. 3.* si natura irrationalis assumeretur à persona Verbi, talis natura non possit ab eo suppositari; cum enim in ipso Verbo non sit ratio formalis suppositi, ut suppositum est, nec consequenter effectus ipsius suppositi, quod est hypostatiare, reperiri poterit; ubi enim non est albedo, neque effectus eius formalis, scilicet, dealbare reperiri poterit, cum ergo in ipso Verbo solum ratio personæ reperitur, necessariò naturam ad ipso assumptam personabit, non suppositabit. Confirm. quia si suppositum lapidis assumeret naturam rationalem, & personabilem, quod non implicat, tunc suppositum lapidis non possit ratione fundamenti, & nature assumptæ personabilis personare; ergo è contra, dum natura irrationalis assumitur à persona, non poterit dici ratione fundamenti, & nature assumptæ suppositata tantum, & non personata.

Respondet, libenter scirem apud quem Doctorem Auctor ille hæc peregrinam invenerit doctrinam, quod in verbo divino non reperitur ratio formalis suppositi, ut suppositum est, sed tantum ratio personæ plene hæc est manifesta contradictio, quod aliquid habeat rationem personæ, & non suppositi, nam ut ipse Tyrone in Mec. norant, suppositum importat naturam singularem incommunicabilem ut quò, & ut quod, & concomitantè naturam substantialem completam cum illa duplici negatione superius explicata; persona autem addit supra suppositum,

stum, quod sit in natura intellectuali; unde suppositum, & persona se habent, sicut superius, & inferius, sed ut magis commune, & minus commune, quia omnis persona est suppositum, & hypostatis, non è contra, quod doctrina communissima est in omni Schola; si ergo Verbum habet rationem personæ, habebit quoque rationem suppositi; unde omnes agnoscunt in divinis tria supposita, & passim nominamus suppositum Verbi: Hic autem perverus speculandi modus huius Auctoris in sua prima conclusione oritur haberi ex rudi doctrina, quam premiserat in suo primo notabili in initio illius *contro. ubi primò reprehendit Radam*, quod non fuerit Scoticè locutus, dicendo suppositum; & personam se habere, sicut inferius, & superius; hoc enim dato non importarent in divinis eandem omnino realitatem, quod tamen, inquit, apertè negat Doctor in hac questione; Deinde inquit, quod suppositum, & persona non differunt in principali significato, quæ enim importat negationem duplicis communicationis, sed distinctur ratione subiecti, seu connotati, unde si duplex illa negatio reperitur in natura rationali, dicitur persona; si vero reperitur in natura irrationali, dicitur suppositum; hæc igitur ratione putavi Verbum non habere rationem suppositi, quia est in natura intellectuali.

338 Sed hæc sunt adeo ruditer, & imperite dicta, ut ferè hunc Auctorem suppositum dixerim esse, & non personam, iuxta eius peregrinam doctrinam; Fallim ergo omnino esse, suppositum importare naturam singularem incommunicabilem in natura irrationali, sed illam importat in natura substantiali completa abstrahens ab hoc, quod talis natura sit rationalis, vel irrationalis; si enim est rationalis, tunc talis natura singularis incommunicabilis nedum dicitur suppositum, sed etiam persona; si vero sit irrationalis, reinet tantum rationem suppositi, adeo ut verissimum sit, quod Rada dicitur, & omnes indubitanter asserunt, quod suppositum, & persona se habent, sicut superius, & inferius. Et cum inquit, quod hoc dato suppositum, & persona in divinis non importarent eandem realitatem omnino à parte rei, quod tamen apertè negat Scotus hic. Voluit oppositum dicere, quod, scilicet, Scotus id apertè asserit, dum inquit contra Varronem nò distinguunt in Verbo à parte rei rationem hypostatis, & personæ, quæ sit in eo aliqua realitas, à qua sit hypostatis, & determinabilis à realitate à qua est persona; Procor Scotum hoc totum dicere, sed non ob id negat Verbum habere rationem suppositi, imò affirmat habere rationem personæ, & suppositi simul, & solum negat hæc rationes esse in ipso ex natura rei distinctas, & à diversis realitatibus de sumptis, quod planè verissimum est. Neque dicit, aut ex eius dictis deducitur, quod non se habeant, sicut inferius, & superius. Hoc cum inquit, quod hoc dato non importarent eandem omnino à parte rei realitatem; Hæc consequentia omnino negatur, quia predicata additativa in Deo, ens, substantia, spiritus, vita intellectualis, se habent sicut superius, & inferius, & adhuc omnino eandem important realitatem, quia talis ordo superioris, & inferioris non convenit illis secundum diversas realitates, quas importent à parte rei per modum contrahentis, & contrahibilis, ut important gradus predicamentales, sed tantum secundum varios nostræ mentis conceptus inadequatos cum fundamento in re iuxta dicta *disp. 2. Metaph. de natura entis.*

Deinde non video, quomodo argumentum suum cum doctrina sui primi Notabilis cohereret, ut cum ceteris Scotistis fateatur rationem personaliitatis non distinguunt à ratione suppositatiatis quantum ad formale significatum, sed solum quoad connotatum; quia personaliitas duo dicit, alterum formaliter, & est ratio incommunicabiliter subsistendi; alterum connotativè, & est natura rationalis; natura ergo irrationalis est capax personaliitatis secundum formale significatum, quod à supposito non differt, idque satis erit, ut possit terminari à personaliitate Verbi præcisè, & secundum se; Tum quia si effectus unionis hypostatiæ est terminatio personalis, quando natura assumpta, vel terminata est intellectualis, & tunc non est terminatio personalis, sed tantum hypostatiæ, & suppositatiatis, quando natura terminata non est intellectualis, ut ipse nobiscum fateatur in eo primo notabili, quia suppositum, & persona differunt solum ratione fundamenti, & connotati; si inquam hæc doctrina vera est, planè sequitur, quod etiam in Verbo sola ratio personæ reperiretur, & non suppositi, ut assumit in argumento, adhuc talis natura suppositaretur à Verbo, & non personaretur, quia hæc denominatio diversitas non ex parte termini unionis desumenda est, sed ex parte subiecti, & fundamenti; Ex quibus Sole clarè apparere, quam inconsequenter loquatur Auctor ille in hac controversia, quod non lem ei accidit, ut in aliis pluribus eius dictis adnotavi.

Alterâ difficultas, quam movet in Confirmatione, adducitur à Licheto *dist. 2. qu. 1. S. ubi ad sensum dicitur*, & optime solvitur ab eodem, quod si intelligatur personari ex hoc loco, quod natura terminatur ad personam quod non est, nisi pura denominatio,

rio extrinsecè; si suppositum lapidis assumeret naturam rationalem, tunc talis natura non diceretur personata, quia non esset ad personam terminata; & vice versa si natura lapidis uniretur alicui personæ, diceretur personata personatione extrinsecè, five denominatione extrinsecè, quia terminaretur ad personam; & si in hoc sensu intelligatur Adversarii naturam irrationalem, casus quo à Verbo assumeretur, posse, ac debere dici personatam, gratis concedimus, quia eius unio terminaretur ad suppositum, quod etiam est persona, quod planè negari non potest, ut constat ex dictis *num. 234.* in fine. Si verò intelligatur personatio ex aliquo intrinsecè personationi, vel unioni, ut puta, quia talis unio fundatur in tali natura, quæ nata est causare in illa unione talem modum, quomodocunque illa unio terminetur, five ad suppositum, five ad personam; tunc si natura lapidis assumeretur à Verbo, talis unio intrinsecè diceretur suppositatio, non personatio, quia virtute talis fundamenti causaretur ille modus intrinsecè in tali unione, quo formaliter diceretur suppositatio, non personatio; Et è contra si supposito lapidis uniretur natura rationalis, intrinsecè diceretur personati, non quidem à termino dependentiam terminante, quod est solum suppositum, non persona, sed à modo causato in unione, ratione fundamenti uniti, quod est natura rationalis, quæ in se nata est personari; & eodem modo discurrendum est, si talis modus dicitur extrinsecè tali unioni, & non formalis, sed magis materialis, & concomitans; ut ibi declarat Lichetus.

Verum hanc solutionem Auctor ille refellit, quia huiusmodi personatio intrinsecè unioni est effectus formalis personæ, veluti dealbare est effectus formalis albedinis, quod dealbare, sicut aliunde provenire non potest, quam ab albedine, ita neque talis personatio aliunde provenire poterit, nisi ab illo, in quo perfectæ, & completa ratio personæ reperitur; talis autem ratio in casu posito, non haberetur, neque ex parte termini unionem terminantis, qui est tantum suppositum, ut supponitur; & neque ex parte fundamenti assumpti, vel uniti, quod suppositum esse natura rationalis communicabilis in se, quod proinde non haberetur formale personæ, quod est incommunicabilis, sed tantum materiale, & connotatum personæ, scilicet, singulare nature intellectualis; ergo neque haberi poterit huiusmodi personatio; quomodocunque enim duo concurrunt ad constituendam formalem rationem alicuius, uno illorum deficienti ratio formalis illius constitui non potest, & adequatè non habetur; dictum est autem ad suppositum, & ad rationem personæ duo concurrere, materiale, scilicet, & connotatum, quod est singulare nature intellectualis, vel suppositabilis, & formale, quod est illa duplex negatio actualis, & aptitudinalis dependentie; cum ergo in natura irrationali supposita lapidis unita non sit supraddicta duplex negatio, nec consequenter esse poterit ratio personæ, & è contra loquendo de natura rationali cui uniat natura irrationalis, cum enim in illa non sit ratio suppositi formalis, neque adeo poterit effectus formalis ipsius suppositi.

Respondet, negando, quod personatio intrinsecè unioni sit effectus formalis personæ talem unionem terminantis, sicut dealbare est effectus formalis albedinis, quod ad dealbationem sola concurrat albedo; at ad personationem nature assumptæ, hoc est ad illam denominationem præstandam, non tantum concurrat suppositum, vel persona terminans unionem nature, sed etiam ipsum unionis fundamentum, five natura assumpta, quatenus in se est natura personari nata, ut fateatur arguens, in suo primo Notabili, ubi distinguit suppositum à persona præces connotatum tantum, & materiale; in proposito autem casu, quod natura rationalis assumatur à supposito lapidis, natura unita apta est in se personari, & licet in termino unionis, nempe lapide assumente, non reperitur ratio personæ quoad connotatum, nempe natura intellectualis, reperitur tamen quoad formale, quatenus est ratio incommunicabiliter subsistendi, que est præcisè ratio terminandi talem unionem, & idèd talis natura dici deberet personari; Et ratio est illa, quam sæpè reperit Doctor, quia naturam fieri personam non dicit, eam tantum personam uniri, vel supposito, sed sic uniri, idèd, quod uniat, ut natura apta nata fieri persona, quod totum haberet in proposito, quia natura rationalis uniat supposito lapidis, & uniat tali modo, nempe quatenus natura nata in se personari; Et si è contra natura irrationalis uniat supposito nature rationalis, talis unio non diceretur personatio, sed simplex suppositatio, quia licet suppositum talem terminans unionem, non sit purum suppositum, sed etiam persona, natura tamen, que uniat, non est apta nata personari, sed tantum suppositari; & idèd est capax unionis solum per modum suppositatiatis, non vero personationis; quia ratione dicentes intellectionem de potentia absoluta posse in lapide recipi, negant lapidem intellectionem fore denominandum, quia lapis talis denominationis capax non est, & omne quod recipitur, per modum recipientis recipitur.



dicatur de Verbo, siquidem huiusmodi predicaciones abstracte...

Quæres, an accidens coniunctum, id est, dum actu inhæret...

QUESTIO OCTAVA.

An plures personæ simul possint assumere eandem naturam...

Thomistarum Schola, & Recentiorum utrumque affirmat...

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum una persona plures assumere naturas, non tamen plures...

Prima pars conclusionis est communis in omni Schola, ut dicebam...

Altera verò assertio pars, quod neque eandem naturam simul...

ergo loquitur de natura à proprio supposito abstracta, & à sua...

Resp. proinde magis ad rem Suarez, Vasq. Valentia, & alii...

Sed quamvis hæc expositio magis ad rem videatur, non tamen...

Et hæc vera fuisse sententiam D. Anselmi, non solum asserit...

Secundo probat Doctor ratione ex eo deducta, quod neque...

deret essentialiter, & non dependere ab eodem; sed si eadem...

Respondent cum Suarez, Caspensis, Orlandus, Beccanus, & alii...

Hæc tamen solutio vim argumenti non tollit, quia licet verum...

Sed negat Balsolus dependentiam naturæ ad suppositum ex...

trifurcatus esse essentialem, & inquit esse respectum accidentalem...